



DIE XXVII NOV.

IN FESTO

S. LEONARDI A PORTU MAURITIO

CONFESSORIS

DUPLEX

Omnia de Comm. Conf. non Pont. præter seq.

ORATIO.

DEUS, qui ad obstinata peccatorum corda per evangelicam prædicationem ad pœnitentiam flec-tenda, beatum Leonar-dum, Confessorem tuum, admirabili sanctitate et invicto dicendi robore suscitasti: da, quæsumus; ut contritionis lacrymas, ad quas ob duritiam cor-dis nostri sine te promo-veri non possumus, per ejus preces ac merita con-sequamur. Per.

Commem. S. Petri Alex-andrini, Episc. et Mart.

IN I. NOCTURNO.

Lect. de Script. occur.

IN II. NOCTURNO.

LECTIO IV.

Leonardus a Portu Mau-ritio, in ora Ligustica

Italiæ, piis parentibus na-tus, etiam a prima pueri-tia mirifica quadam pro-pensione ad pietatem por-tendit indicia futuræ sanc-titatis. Quæ multo clariora deinde ejus in adolescentia eluxerunt, cum Romam profectus in collegio Ro-mano studiis litterarum ac philosophiæ operam dedit. Ita enim in illa scholarum celebritate est versatus, ut dum ingenii exercitatione nemini con-cederet, innocentia mo-rum, austeritate vitæ, contemptu sui, studio re-rum divinarum omnes an-tecederet, adeo ut in ado-lescente alter Aloisius Gonzaga collegio illi red-ditus videretur. His posi-tis fundamentis, ad con-summandum sanctitatis opus quod ædificare cœ-perat, inter sodales Cara-